Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

legia ad illorum merita referenda sint ex quorum stirpe nom
uel originem ducunt. id est. uel ad ipsum iuda uel ad leui
uel ad unum quemque eorum qui tribui nom dedit; Nouae
enim mihi hac intentione ac illud quod iohannes in apocalipsi
de populo hoc qui xpo credidit scribit. Dicit enim quia ex tribu
ruben xii milia uiri. & ex tribu symeon xii milia similiter
autem ex singulis quibusque tribubus duodena milia quos
simul omnes dicit esse. cxliiii milia quae cum mulieribus non coinqui
nauerunt sed uirgines permanserint. Quod utique nec quaelibet quis
uel ineptae potest esse suspicio. ad illas scribis iudaeorum
symeon leui & cetera quae de iacob genus ducunt posse reuocari;
Ad quos igitur patres iste numerus uirginum referendus sit. tam
aequalis tam integer tamque compositus ita ut nullus aliquid
superior aut inferior numeretur. Ego quidem progredi
inquirendo ultra non audeo. sed haerenus pene cum aliquo
discrimine incedo. Apostolus tamen quaedam suspiciones
hinc quia aliquis intueri possunt subiecit cum dicit. Propter hoc
flecto genua mea ad patrem domini nostri ihu xpi. ex quo omnis
paternitas in celis et in terra nominatur. Equidem
de cetera nisi paternitatis intellectus non uideatur esse
difficilis. Pater ex enim tribuum uel domorum
ad quos successio posteritatis refertur. simul omnes
paternitas appellatur. In caelo quod dicit quomodo